Miserere meî: et exaudi orationem meam.

Filii hominum, usquequò gravi corde! Ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me, cùm clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris: in cubilibus vestris cumpungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ, et spera in Domino: multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultûs tui, Domine: dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini et olei sui: multiplicati sunt.

In pace; in idipsum: dormiam, et requiescam.

Quoniam tu, Domine, singulariter in spe; constituisti me.

Gloria Patri, &c.

PSEAUME 30

IN te, Domine, speravi, non confundar in æternum: in justitiâ tuâ libera me.

Inclina ad me aurem tuam: accelera ut eruas me.